

Int(errogatio): *Credis patrem, unigenitum^g filium a patre, ante omnia tempora genitum, in tempore ex spiritu sancto conceptum, ex Maria virgine virginitatis semper gloria permanente sine contagione inef-fabiliter natum?*

60

R(esponsio): *Credo.*

Int(errogatio): *Credis spiritum sanctum consubstantialem coequalem et coeternum patri et filio ab utroque procedentem, in utroque permanen-tem?*

R(esponsio): *Credo.*

65

Int(errogatio): *Credis¹¹⁸ unam / sanctam et apostolicam ecclesiam, in qua unum datur baptisma et vera omnium remissio peccatorum et veram carnis resurrectionem, et vitam eternam?*

R(esponsio): *Credo.*

Int(errogatio): *Vis¹¹⁹ hanc fidem tenere et operibus observare?*

70

R(esponsio): *Volo.*

Int(errogatio): *Vis ecclesiarum dei ministris, pauperibus, viduis, pupillis et orphanis tutor ac defensor esse?*

R(esponsio): *Volo.*

Int(errogatio): *Vis¹²⁰ huic^h matri tue ecclesie et mihi ut domino et patri spirituali amodo fidem portare et secundum deum per omnia obe-dientiam exhibere?*

75

R(esponsio): *Volo atque ita coram deo promitto.*

Int(errogatio): *Vis¹²¹ principatum a deo tibi concessum iuste regere et guber-nare?*

80

R(esponsio): *Volo et in quantum divino valero fultus auxilio, ita me fideliter acturum promitto.*

Et subiungat pontifex: *Hec tibi fides augeatur a domino et in hac tibi devotione adeo et servetur voluntas / et potestasⁱ accrescat.*

g) Hs. ingenitum.

h) Hs. folgt esse.

i) potestas nicht sicher zu lesen.

118) Vgl. Kaiserkrönungsordo 14, 14 (ELZE, Ordines coronationis imperialis, S. 40).

119) Vis – Z. 74 volo, vgl. PRG 72, 7 (VOGEL/ELZE 1 S. 249).

120) Zur herausgehobenen Stellung des salbenden Erzbischofs siehe oben S. 63.

121) Vis – Z. 83 promitto: PRG 72, 7 (VOGEL/ELZE 1 S. 249). Der Redaktor hat seine Quelle wieder für die Weihe eines Fürsten umgeschrieben, dabei auch den Hin-weis unterschlagen, die Herrschaft sei secundum iustitiam patrum tuorum verliehen – ein Hinweis darauf, daß der Ordo beim Wechsel zu einer neuen Dynastie verfaßt wurde, etwa für Richard von Aversa 1058 in Capua? Siehe auch unten Anm. 150.